

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Electio h  
cum fontibus proximo et primo

Res pene contra naturam est

ut sine peccato aliquis sit,  
sed talis eligatur  
cuius comparacione ceteri grex dicantur.

Ieronymus in epistola ad Oceanum.

*Nomine autem criminis quodlibet peccatum intelligitur;*  
*unde in eadem epistola Ieronimus dicit:*  
*,,Res pene contra naturam est,*

*ut sine peccato aliquis sit;*  
*sed talis eligatur,*  
*cuius comparatione ceteri grex dicantur“.*

Gratianus, *Decretum*, 1.25.3 (*Corpus iuris canonici* 1,  
A. Friedberg ed., col.92).

oportet ergo episcopum inreprehensibilem esse:  
id ipsum, quod ad Titum: si quis est sine crimine,  
omnes uirtutes in uno sermone comprehendit et  
paene rem contra naturam exigit.  
si enim omne peccatum, etiam in otioso uerbo,  
reprehensione dignum est, quis est ille, qui absque  
peccato, id est sine reprehensione, uersetur in mundo?  
sed futurus pastor ecclesiae talis eligitur,  
ad cuius comparationem recte grex ceteri nominentur.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 69.8 (CSEL 54,  
I. Hilberg ed., pp.694-5, ll.19-25, 1-2).